

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 4: De aliis virtutibus Caput 17: De oratione (6)

Iohannes Crisostomus super illud Mathei: Petite et accipietis, ait:

Si filium dei te esse credis,  
illa pete que te expedient accipere et illum decet dare,  
quod si carnalia petis,

quomodo illa libenter tibi prestat,  
que si habeas iubet ut contempnas?

Et tu si filium Dei te credis,  
illa pete quae et tibi expedient accipere, et illum decet praestare:  
si autem semper ab eo petas carnalia et terrena,  
aut difficile impetas, aut forte nec impetas.  
Quomodo tibi illa praestat libenter non habenti,  
quae etsi habeas, ubique admonet te ut contemnas?

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaeum*, 14  
(PG 56, col.711).